

# Sermo

cum essemus sententiati ad furcā inferni filius dei fuit ita misericors q̄ dixit patri. Pater bñdicte ego volo solus suspēdi p̄toto iplo. et ex alia pte cogitando peccata p̄ q̄bus data est sententia veritate qñ crux sit in pectore di. Misericordia domī plena est terra. ex passione v̄ra. Ideo paulus. Absit mihi gloriari nisi in cruce domī nostri iesu xp̄i. Gal. vlii. Sextus modus orādi in spū tundendo pectus cogitādo dei infinitam immensitatē et cogitando offensam factā sibi ex peccatis. Iō p̄cutif cor q̄nḡ digitis. sicut habemus q̄nq̄ modos peccāti. s. cogitatōe. locutōe ope. obmissione et obstinatōe. q̄ istis modis offendit deus. Secundū secretū cū dicit reliquit idriam et. quare dimisit ad l̄ram. vt festinātius iret ad ciuitatem currēdo. sed spūaliter idria erat societas mala mulier q̄ eius ipediebat cursum. ideo dimisit. Sic sunt mlti q̄ societate et familiaritate et amore aliquarū psonarū impediuntur a cursu padisi. Dic de qlibet statu. Iō m̄ler reliqt idriā suā. s. malā societatē. iō poeta. Que noctura te. et. Tertiū secretū cum d̄: q̄ iuit ad ciuicatem clamando. venite ostendam vob hominē et. vnde nō fuit tenta de sua ɔuerstione. sed voluit quertere p̄ximos. q̄ totam ciuitatē querit. Hic instruimur q̄ nullus debet esse contentus de sua conuersiōe. sed debet ire ad cōuerendum p̄ximū. vt bona mulier et deuota dulciter cōuertere virū suum ribaldū. et ecōuerso. frater fratrem. vicinus. vicinū. viuis dñm. magisē discipulum. domia ancillam. Ecc. xvij. Deus mādauit vnicuiq̄ de p̄ximo. Item apoca. vli. Sp̄us et sponsa dicunt venti. et q̄ audit dicat venni. et qui s̄istit veniat et bibat. et qui vult accipiat aquam vite gratis. Nota quō sp̄ussanctus dicit homi. veni ad paradisum et. Tertia disputatio fuit inter xp̄um et apostolos humiliter. quia dixerūt. rabbi manduca. et posuerūt aliquā mēsam. xp̄us autē noluit comedere. sed respondit dicens. Ego cibū habeo manducare quem vos nescitis. Dicit euāgelista q̄ discipuli dixerunt ad inuicē. s. inter se. Nunq̄d aliq̄s attulit ei māducare. Christus autē declarās de quo ciboloquebat ait. Deus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me vt p̄ficiam opus eius et. hec dicebat ppter gentes q̄ veniebant de ciuitate. et quādo vidit gentes cogitauit oport̄ me p̄dicare. q̄ non dixit. nolo comedere cibū. s. dicit. habeo aliū cibum manducare. s. verbuū dei q̄non in solo pane viuit hō. sed in omni verbo q̄ p̄cedit ab ore dei. Mat. iiiij. Nota q̄ ieuno stomacho debet fieri smo exemplo xp̄i. et predicavit illis de ciuitate. O quō dulciter. et remāsit ibi duobus diebus. et crediderūt sibi instantiū q̄ dicebant m̄leri. q̄ non ppter tuā loquelā credimus. ip̄i em̄ audiūm̄ et scim̄. q̄ ip̄e est vere saluator m̄ndi. sic em̄ illuminauit nos. Ecce ḡco

clusio huius disputatōis. Moralr cibus xp̄i ē facere voluntatem dei p̄ris. Iō faciam voluntatem et dabimus ei comedere. q̄ multū placet sibi iste cibus. vult cibum a platis q̄ intrent per portam nō p̄ simoniā. Scđo postq̄ erunt intus plus current de aiabus q̄ de redditibus. Beind viuant de redditibus et diuidēt paupib̄ et dent bonum exemplū et bonam doctrinā. De isto cibo satias deus. De domis etiam tpalibus vult cibum. s. q̄ ministrent iusticiā tam paruo q̄ magno. tam paupib̄ q̄ diuitibus. et non differre iusticiam ppter pecunia. fauore. nō facere rapinas. sed p̄tentari de redditibus pp̄r̄hs. seruare p̄plm in pace. In religiosis vult q̄tuor cibos. et de illis vult refici xp̄us. s. paupertatem apostoli. castitatem angelicā. obedientiā generalez obfuantiam ceremonialē. Et de sacerdotibus vult tres cibos. s. deuote officiari. digne celebra re. honeste conuersari. s. Thimo. iiij. Sportz testimoniū habere bonū ab his qui fori sunt vt non in oprobriū incidat. De laicis vult duos cibos et sufficit. s. articulos fidei. et obfuantiam p̄ceptorum dei. Et finaliter dicet vobis in iudicio illud Matt. xv. Venite benedicti patris mei. s. de cibis supradictis. Et sic semp erit cui xp̄o in mēsa glorie. de qua ip̄e dicit. Ego dispo no vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū ut edatis et bibatis sup mensam meam in regno meo. Lu. xiiij. Hic p̄ grām et in futuro p̄ glām.

Habbaeo post Oculi Sermo.

**V**ade et iam amplius noli peccare. Scribis origina liter Johā. viij. recitatue in euāgeliō hodierno. Unde istud sanctum euāgeliū continent determinatōem ynius maliciose questionis et calumpniate que facta fuit per iudeos christo vt possent ip̄m capere in verbis et accusare eum tanq̄ fractorem legis. Dic euāgeliū de iuuene muliere maritata que cōmisit adulterium credens peccatū esse occultum. sed diabolus qui fecit peccare discoopuit. et fuit inuenta in adulterio. et statim iudei et pharisei inimici christi duxerunt eam ad christū actu in populo predicantem. Cui dixerūt coraz populo. Magister mulier hec modo deprehensa est in adulterio. In lege autez moyses mandauit huiusmodi lapidare. Tu ergo q̄d dicas. Ecce questio maliciosa. Ad quam xp̄us qui est sapientia eterna respondit tripliciter.

**P**rima responsio fuit realis.

**S**ecunda realis et vocalis.

**T**ertia fuit vocalis tantū.

Et de tertia loquitur nostrum thema cum dicit. Vade et amplius noli peccare. Et in his tribus consistit totum euāgeliū et sermo noster. Primo ergo Christus dedit eis respon-

# Sabbato post Oculi

sionem realē factō tñ non vobis. Nam sc̄ies xp̄s q̄ maliciose dixerūt sibi. Tu q̄ qd̄ dictis cogitantes ex vna p̄ter xp̄i pietatem et misericordiam. et q̄ nō daret suam mortis h̄m̄lerem ex dulcedine cordis. Itez placeat sibi qñ dñi et iudices faciūt iusticiam. tñ ip̄e in p̄mo aduētu nō veit iudicare nec redempnare. sed peccatores saluare. Johā. iij. Dicit deus filium suum in mōm nō vt iudicet mōm. s̄ vt saluerit mōdus p̄ ip̄m. Et exalit p̄te dicebant. Si ip̄e defendit malas m̄leres p̄pls q̄ audit ip̄m habebūt odio. q̄ sunt zelotipi de suis vxoribus. et nos habebim⁹ occasiōnē h̄ ip̄m. q̄ facit h̄ legem. Ecce q̄stio venenosa. Ad quaz xp̄s r̄ndit facto nō vbo. q̄ ih̄s inclinās se deorsum digito scribebat in terra. Et in his verbis sex comprehendunt r̄nsiones. Prima cū dixit iesus. Nam ih̄s est v̄bum eternū dei p̄ris. et nō est v̄bum transitorū sicut n̄r̄m qđ p̄fert in ore. et illō v̄bum deus p̄ scripsit in p̄gameno v̄gineo sc̄z in v̄tre v̄ginis marie. q̄ Verbū caro factū est t̄c. Joh. i. Et iō d̄r. Dixit dñs ad me sume tibi librum grandē et scribe in eo t̄c. Esa. viii. Liber est v̄go maria maior celo et terra. de quo dicit. b. Bern. O v̄eter capacior celo. q̄ quez celi cage non poterāt tuo gremio p̄tulisti. Et in hoc libro scripsit deus p̄ v̄bum eternū qñ v̄go consensit angelo di. Ecce ancil. do. t̄c. qñ v̄bu assū p̄sit humanitatē vt nos saluaret et non vt redemnaret. Et iō filius dei nō venit alias p̄dere s̄ saluare. vt d̄r. Lu. xix. Sc̄da r̄nsio est dū dixit inclinans se. in q̄bus reprehendit eos. nam q̄libet iudex in condempnādo se d̄z inclinare. s. habēdo compassionē de redempnatis. nō em̄ debēt velle aliorū redempnatos sed eorū saluatiōz. et iō d̄z inclinare corpus suū p̄ compassionē. Dicit ille q̄ vult leuare illum q̄ cecidit inclinat se. als non bñ posset leuare. Rō est. b. Grego. Jo xp̄s inclinavit. q. d. sic vos q̄ estis p̄dicatores et supiores debetis inclinari compatiendo huic m̄leri quaz accusatis et p̄funditis. Tertia r̄nsio est in verbo deorsum. q̄ iudices h̄nt duo Quia desursuz habent diuinam p̄tatem. vt redempnare alios. iudicare. absoluere. sed deorsum h̄nt peccata et via p̄mptitudinem ad mala. q̄ illa eos ponunt deorsum. Si tu ḡ redempnas aliquem de adulterio. cogita si tu idem fecisti. et sic deorsuz responde ad p̄pria peccata. et tūc compatiaris illi q̄ cōdempnat. Idem dicim⁹ de furto et homicidio q̄ illi iudei erant m̄ltum in illo peccato inuoluti. Et ideo voluit xp̄s q̄ ip̄i cogitarēt de p̄ctis suis ḡ inclinavit se deorsum t̄c. Quarta r̄nsio est i dīgito. q̄ scribebat cū digito fodiendo in puluere et fecit sulcos cum indice ad demōstrandū q̄ cōdempnatio nō d̄z sic fieri summarie. sed cum bono p̄cessu. et q̄ bñ in q̄ra si verū est crimen de q̄ accusat. et v̄sis et examinatis bñ testibus et f̄macta et pbata. Item de p̄sonis testiū. de t̄pe et lo-

co et die. iuxta v̄bum domi ad moy sen di. Que re sollicite et diligentē veritate p̄specta. si inueniret certū esse qđ d̄r et abominatōz ope p̄petratā statim p̄cuties. Heut. xiii. Et isti non tenebant modum istū. ideo xp̄s in b̄ ip̄os rep̄hēdit. Qui ta r̄nsio. q̄ scribebat in terra ad significandū p̄sententia mortis nō d̄z dari sic summarie. sed in scriptis et cum debito p̄cessu. et iō concordat sāctus Job di. Scribis em̄ in me amaritudines et p̄sumere me v̄ls peccatis adoles. mee. Job. xij. q̄ in terra. nam h̄iere. etiam vult illud reduce re ad memoriam di. H̄ne oēs q̄ te dereliquerūt p̄fundēt recedentes a te in terra scribent. H̄ire. xvij. Sexta r̄nsio. scribebat ḡ in terra non in celo. nam ibi nomia iustorū scribunt. Et iō d̄r Gaudete et exultate q̄ noia ve. scri. sunt in cel. Lu. x. Sed peccatores scripti sunt in inferno. ḡ scripsit in terra. volens eis reducere ad memo riam v̄bum h̄iere. H̄ne omnes q̄ te dereliquerūt in terra scribent. Rō. q̄ dereliquerūt venā aq̄rum viuentium dñm. q̄ sicut p̄ aqueductū aq̄ venit de fonte. sicut xp̄m q̄si p̄ aqueductum veit aqua grē dei. De illo fonte d̄r Ecc. i. Fons sapi entie v̄bum dei in excelsis. P̄t̄z ḡ r̄nsio prima que fuit solum facto. Sed moralē videam⁹ naz d̄r in euangelio q̄ in aurora xp̄s venit in mōtez oliueti et p̄dicauit p̄plo. sic faciamus nos q̄tidie dum sumus h̄ in vita ista. Nam venimus ad mōtem oliueti h̄ est ad missam. q̄ mons est. Nam missa est altius opus p̄cplatōis q̄ possit esse. et ideo p̄sbyter tenet manus eleuatas q̄si ad modū volandi. Et ideo dicit. sursum corda. dicit p̄pls habemus ad dñm. Quare d̄r oliueti. eo ḡ ibi ē multū oleū. et ideo in missa abundantia xp̄i magis nos influit et abundat. et sicut xp̄s de mane ibat illuc. sic nos et totus p̄pls. Et sicut nos p̄mo dicim⁹ missam. sici p̄e dicebat missam. et p̄missa p̄dicabat. Et ideo iste est nr̄ modus vt videtis q̄tidie qm̄ plus valet v̄nus f̄mo post missam q̄ tres aī missam. Et iō apostoli tenuerunt istum modū. Nam ista est vita aplīca. et tales vitā te nebat v̄go maria et sancta maria magdalēa cuī alijs sororibus. et istam teneatis. Jo sc̄tūs paulus dicit. an exp̄imentum q̄ritis eius q̄ in melo quis xp̄s qui in vob nō infirmaſ. sed potēs est i vob. ii. ad Chor. xiii. Ecce ḡ hic p̄mam moralitatem. q̄ habetis p̄solatōz vos et ego tenēdo et suando modū et vitam xp̄i. Sc̄da q̄stio moralē ē quare hec mulier debebat lapidari. et qđ ista mulier significat. Et dico q̄ ista mulier significat animā peccatricē humānā que dereliquit maritum suū xp̄m. et accessit p̄ peccatum ad aliū non maritum. s. diabolū. q̄q̄libet anima in baptismō est despōnsata xp̄o. et ḡ sicut si v̄nus rex cui m̄l te mulieres magni generis offerrerent. et tñ ip̄e duceret filiā alicui⁹ agricole paupis et illam despōsaret magnū honore ei faceret. Ita est i nob̄

# Bernio

qr rex celi xp̄s ih̄s est amator aīme cuiuslibz cri-  
stiani que est filia agricole. qr om̄es sumus filii  
ade q̄ erat agricola t̄ hoc ppter pulchritudinez  
eius. qr si tu videres vnam animā sine turpitu-  
dine t̄ macula peccati. transires sic mille annis  
q̄ nunq̄ velles comedere nec bibere. Et ido d̄r  
Signoras te o pulchra inter mulieres egredie-  
re t̄ abi post vestigia gregū tuorum. t̄ pasce he-  
dos tuos iuxta tabernacula pastorū tuoz. Lan-  
ti. j. t̄ banc animam xp̄iani cuiuslibet sibi xp̄us  
desponsauit in baptismo. Ozee. ii. d̄r. Sponsa-  
bo te mihi in sempiternum. t̄ sponsabo te mihi  
in iudicio t̄ iusticia. in misericordia t̄ miseratōnibz.  
t̄ sponsabo te mihi in fide. t̄ scies qr ego domi?  
Et dic̄ ter sp̄sabo. qr tria sunt in bap̄o. Lathe-  
cism⁹ q̄ significat instructōz. Scđo fit exorcism⁹  
qui siḡt iusticiam. Tertio baptismus qui signi-  
ficat misericordiam. qr voluit desp̄sari aīme. Nam  
dicitur. Musq̄ enim angelos apprehendit. sed  
semen abrac. ad Heb. ii. Et ideo bñ debet esse fi-  
delis talis anima. sicut filia talis agricole mul-  
tum peccaret si esset infidelis suo marito receden-  
do hincinde p̄ lupanaria. Sicut etiam qñ hō pec-  
cat dimittit sponsum suum t̄ adulterat̄ cuž dia-  
bolo. Verbi gr̄a. si tu te das peccato supbie va-  
dis ad infernum cū uno diabolo q̄ vocaſ leui-  
than q̄ temptat de peccato supbie. t̄ oimil chri-  
stum q̄ est humilis t̄ fuit. Item si tendit aīa ad  
lupanar auaricie. si est hō auarus faciendo vſu-  
ras. tunc vadit cum uno demone. s. māmon. q̄  
temptat de peccato auaricie. Itēz si de peccato  
luxurie. tunc vadit cū uno demone q̄ vocaſ as-  
modeus qui temptat de peccato luxurie. Item  
de inuidia. t̄ vocaſ iste beelzebub. nam iste tem-  
ptat de peccato inuidie. Si p̄ gulaz ad beelphe-  
gor. Si p̄ iram recedas a patia t̄ a xp̄o. vadis  
ad baalberit. Si p̄ accidiaz. vadis ad vnū q̄ vo-  
catur astaroth. Et ideo d̄r. Tu fornicata es cuž  
amatoribus multis. Hiere. iii. Adultera fñm le-  
gem debebat lapidari. Quid ḡ meref̄ tal' homo  
nisi fñm legem vt lapideſ. Nam lapidatus mltis  
vulneribus p̄cutif. Ita punif̄ ab omnibz aīma  
damnata. qr angeli t̄ omnes sancti t̄ elemēta la-  
pidant eam dicentes. damneſ. Ideo dicif̄ Sa-  
pien. v. Accipiet armaturā zelus illius t̄ arma-  
bit creaturam ad vltionē inimicorū. t̄ pugnabit  
cum illo orbis terrarū t̄ tra insensatos. Caueat  
q̄ q̄libet. Sicut q̄libz mulier esset cōfusa si dimit-  
teret virū suum. t̄ ita est de aīma. Et ecce p̄maz  
partem q̄ est realis xp̄i respōsio. Scđa respō-  
sio fuit realis t̄ vocal ſiuncti re t̄ vbo. Nam cū  
dicif̄. Cum aut̄ interrogassent eū t̄ p̄seuerarent  
erexit se t̄ dixit eis. Qui sine peccato est. vestrū.  
pmus lapidē in illā mittat. Et iterū inclinans se  
scribebat in terra. Audientes aut̄ h̄. vn⁹ post  
altū exhibant incipientes a senioribz. Et remālit  
solus iesus t̄ ml̄er in medio stans. Nota dici

tur q̄ cuž xp̄s staret sic inclinat⁹. iudei non erāt  
potenti de eius respōsione. t̄ volebāt q̄ verbo di-  
ceret vt possent eū accusare. t̄ p̄seuerabāt inter-  
rogantes. t̄ tunc surrexit xp̄s t̄ dixit eis. Vos  
dicitis q̄ ista mulier cōmisit adulteriū. t̄ poste  
rum dicitis q̄ debet lapidari. t̄ vultis q̄ dicam  
qd mihi videſ fiendū. Respōderūt ita. Tūc dī-  
xit ih̄s. Dico q̄ q̄ quis v̄m qui est sine peccato  
q̄ mittat pmum lapidē. Et iterū inclinavit se et  
scriptis. Et qd scriptis. Responsio opinōes sūt  
sed melius v̄d̄ dicendū q̄ scriplerat illd̄ quod  
dixerat v̄bo. s. q̄ sine peccato est. Et ita habem⁹  
in vna antiphona que hodie d̄r. ad Benedictus  
Inclinavit se iesus t̄ scribebat in terra. qui sine  
peccato est v̄m pmus in illā lapidez mittat. In  
qua scriptura v̄tute diuina q̄libet eoz v̄dit cla-  
re omia sua peccata q̄ vñq̄ fecerat. vt dicit glo-  
ordi. t̄ ex verecūdia recedebat vñus post alium  
timētes ne p̄p̄s videret peccata eoz t̄ lapidat̄  
tur ibi. ido inclinato capite recedebat. t̄ christ⁹  
remansit solus cum ml̄ere t̄ p̄p̄o t̄ cum discipul⁹  
suis iu medio stans. Ecce ḡ respōsionē ih̄u chri-  
sti factam re t̄ vbo. Sed mō videam⁹ h̄ morali-  
ter qd significat q̄ xp̄s bis se inclinavit. t̄ in pri-  
ma inclinatōe nō ostendit peccata iudeis. s. bñ i  
secuda inclinatōne. Querif̄ ḡ circa h̄. qd signifi-  
cant iste due inclinatōnes. Et rñdeo q̄ iste due  
inclinatōnes significant duos aduētus. t̄ prim⁹  
est qñ fuit incarnatus. Scđus est v̄leriti die iu-  
dicii. Et inter hos duos aduētus est maq̄ diffe-  
rentia. In p̄mo non reuelabat hoibus nisi pec-  
cata notoria t̄ illa reprehendebat di. Ueob ipo-  
crite tristes. Mat. xxij. Et de ista p̄ma inclina-  
tione d̄r in psal. xvij. Inclinavit celos t̄ descen-  
dit. t̄ caligo sub pedibz eius. Et isti celi q̄s incli-  
nauit signant duas altitudines celestes. Et pri-  
ma fuit inclinando se de eternitate ad incarnati-  
ōnez assumēdo temporalitatē. qr accepit initū  
vſoz ad terminū sue passiōis. s. spacio. xxxij. an-  
norum. Item inclinavit suā infinitatē. qr in vno  
ventre vnius puelle fuit p̄clusus. t̄ h̄ in die icar-  
natōnis qñ v̄go Maria dixit. Ecce ancil. do-  
fiat mihi fñm ver. tuium. Lu. i. Item alia sua alti-  
tudo est ipassibilitas quā inclinavit. nā habebat  
frigus. calorem. t̄ sentiebat dolores t̄ ml̄ta alia  
Itēz inclinavit habitatōz celestem ad infima. s.  
ad p̄sepe. t̄ sic de multis alijs. Et isto mō inclin-  
avit celos. Et ideo d̄r. Et caligo sub pedibz eius.  
Caligo significat peccata hoim. Et sic in p̄ma i-  
clinatōe nulli ludeorū reuelauit sua peccata. ita  
etiam nec in p̄mo aduentu. Sed in scđa inclina-  
tione reuelauit eis peccata. t̄ significat secūduz  
aduentū. s. diem iudicii. qr tūc nō occultabit. s.  
manifestabit omnia peccata. ad modū illius q̄  
ponif̄ in scala ad portam ecclē cū carta in fronte  
t̄ quilibet p̄t legere crimina q̄ fecit. Sic tunc in  
iudicio vñus hō v̄debit bona t̄ mala omniū q̄

## Sabbato post Oculi

fecerunt. et h[ab]et ut ab oibus approbent sua iudicis  
summiatōis vel punitōis. vt dicit doctor sanct[us] in  
iū. septo. di. xliij. ar. v. q. iiij. et iiii. vide ibidē m[od]e-  
ta pulchra de b[ea]t. q[uod] n[on] s[ed] h[ab]et sciat merita v[er]o de-  
merita non potest approbare suam iudicis. Apoc. xx  
Judicium sedet et libri apti sunt. et iudicati sunt  
mortui sicut ea que scripta sunt in libris sicut opera  
eorū. Et tunc multi qui apparent boni apparebunt  
tunc mali. Hic de quilibet statu Nam tunc quis boni  
respiciens malos dicent. ille videbat bonus habens  
et misericors. et secrete faciebat usuras. Appare-  
bat castus et honestus. et erat luxuriosus et inho-  
nestus. Item faciebat tanta bona. et oia ista facie-  
bat per ipocratismus et vanam gloriam. et sic de aliis. Nam  
ibi apparebunt oia. Un. i. Chor. iiiij. Veniet dominus  
qui illuminabit abscondita tenebrarum. et manifesta-  
bit psilia cordium. Et de ista inclinatio[n]e loquimur in  
ps. cxliij. Domine inclina celos tuos et descendere. tan-  
gēmōtes et sumigabunt. fulgura choruscationū  
et dissipab eos. emitte sagittas tuas et turbab  
eos et cetera. Dicit celos. et habet propter celestes. qui oīes de-  
scendunt in iudicio cum christo. Et dicit. tangē mon-  
tes. quod in die iudicij non solū ciuitates. ville. ca-  
stra et domus. immo etiam montes yrent. Et iō no-  
minat montes. quod sunt fortiores in habendo. et ita  
sumigabunt sicut stupra propter ignem et cetera. et signifi-  
cat noticiam quam quis habebit de peccato alterius.  
Emitte sagittas. et reprobenses. et turbab eos  
quod profundet. Ecce ergo hic duos aduentus iesu christi.  
Et si forte aliquis vellet dicere. Et non erit aliquod  
remedium quod peccata sic non videantur. Dico quod sic.  
Et dabo tibi unum velum quod habet angulos.  
et si illud vis accipe oia peccata tua erunt tecta et  
secreta instantiū quod nullū peccatum apparebit in co-  
fusionē tuā. et noīat pnia. Et primus angulus est  
ut habeat tritio et dolorē de peccatis. Secundus ut ha-  
beat voluntatē non redeundi. Tertius est confessio  
ut quod magius turpe est peccatum melius dicatur.  
Quartus est ut teneat pniā professoris. Et qui  
istud velum habebunt eorum peccata non appare-  
bunt nec videbuntur in verecundiā illa die. Pro-  
bat in ps. Beati quorum remissio sunt ini. et quo te-  
cta sunt pec. Remissio. scilicet in confessione. et erunt tecta  
Et si istud velum hic in isto mundo non habetis. in  
alio seculo non habebitis remissiones. Ecce ergo hic  
remissionem habet et realē. Tertia remissio fuit vo-  
cal tantū cum dicit in euāgelio Erigens aut se ihesu  
dixit mulieri. Mulier ubi sunt qui te accusabant  
nemo te redempnat. Que dicit. nemo domine. Dix-  
it ei ihesu. Nec ego te redempnabo. vade et amplius  
noli peccare. Cum illi ergo fugissent. remansit m[od]er  
sola coram ihesu christo. scilicet de accusantibus. Nam b[ea]t[us]  
p[ro]p[ter]s[er] erat ibi. et tunc ihesu dixit mulieri. Abi sunt  
qui te accusabant. et tunc dixit. nec ego te redempno  
sed noli peccare. quod si vellet dicere. Tu fuisti de-  
cepta per diabolum et p[ro]p[ter]am fragilitatem. iam ego tibi  
remitto peccatum. noli peccare amplius. Ita mu-

lier ut videtis fuit primo in piculo mortis. et fuit li-  
berata per christum. Sed eto erat in piculo mariti. et ti-  
mebat ne forte occidere esset ab eo. et possumus pie  
credere quod ihesu christus dixit sibi quod ipsa poneret in cor  
de viri ipius ne faceret sibi damnum aut malum  
aliquid. Tertio timebat de vicinis ne dissamareret  
eam. et quod christus habet modum soluit in presentia populi etiam  
ab eo eam libauit. Et ecce responsione vero tam  
Moraliter quod hic cum christus absoluit istam et non  
dixerit nisi vade et amplius noli peccare. et non  
dedit sibi pniā quod fecit. Nam posset dicere  
aliquis quod professores post absolutōe non debent da-  
re repniā. Primo video. professores dant duplēm pe-  
nitentiā. Prima est quod peccata p[re]terita tāq[ue] medi-  
cinam curatiā. ut si peccator peccauit per supbia-  
menta sibi in pniā humile oratōe. si per avariciam  
dant sibi restitutōe. et sic de aliis. Alia est pniā  
per peccatis futuris tāq[ue] medicina p[re]ventiua. di-  
cendo peccatori si velit abstinere a peccatis. et si sic  
absoluendus est peccator. et hanc pniā dedit christus  
miseri di. Vade et amplius noli peccare. Sed quod  
non dedit ei primam pro peccato preterito tan-  
q[ue] curatiā. Primo propter duo. Primo propter vni  
usalem potentiam. quod potentia iesu est magna. nec  
comparant illi professores etiam papa. Nam papa potest  
absoluere a pena et a culpa et sine pniā. sed alii non  
potest. Et si habet potest facere papa quod est mortal. quanto plu-  
go papa habet. Secundo est ex clara christi scia qui videt  
profusionē factā miserit tam magnā. et in tali loco  
quam sumpsit patientem cum magna tritio. Tercio ihesu  
christus noluit sibi dare aliam pniā. Sed nos non  
habemus istam sciā nec potentiam. immo datus nobis  
alia pniā. Et ideo professor debet dicere. Facite ergo  
dignos fructus pnie. et ne ceperitis dicere. patres  
habemus abraham. quod potes est de deo de lapidibus  
istis suscitare filios abrae. iam enim securis adra  
dicem arboris posita est et cetera. Luc. iij. Et dico quod  
fructus pnie est in triplici gaudi. Nam quodammodo sunt  
percepti a lege et in his talibus non est remedium  
quod in ablatis tenet quod restituere. et in habendo  
confessor non potest dispensare ut in factis. Est autem furtum  
ut dicit scriptus Tho. iiij. q. lxvj. ar. iij. Usurpa-  
tio honorū alterius. vel tractio voluntatem  
domini. et quod non solum accipere est furtum. sed etiam co-  
trectare. Et quod quodcum accepisti furtum fecisti.  
et quod secundo contrectas iterum furtum committis. Re-  
stitue ergo rem furata. et tunc remittit tibi peccatum.  
Nam non remittit peccatum nisi restituat ablatū  
de re. iur. li. vj. Et si forte non habeas unde restitu-  
as. sufficit tibi quod habes voluntatem restituendi  
sed in habente est peccatum mortale. Vedes ita-  
que de bonis tuis etiam si habes diminuere de ho-  
nore tuo. als si haberet totā mundi tritio  
et non restituieres veniam non haberet. nisi domini  
rem tibi plongaret vel remitteret ad tui petitio-  
nem vel reuelatōe. et si non est reuelatum vadat con-  
fessor ad illud petendum. Dico ergo iste fructus pe-

# Sermo

nitentie. iam est pceptus a lege . nec papa pot in  
dispensare. Alius est fructus pcclam ordiat.  
scrq q̄ annuatim semel pfitas in qdragesima.  
Si autem nō cōfitearis peccas. Et iō si displicet ti  
bi peccasse et pponis pfitas suo tpe. s. qdragesi  
me. extra peccatum es et lucratis indulgentias. et ē  
stilus curie q̄ quis nō sis pfectus. si infra nouē  
dies pfitas lucratis indulgentias. et iō est con  
siliū et bonū ut pfitas frequenter licet nō tenea  
ris nisi in qdragesima. Quartus fructus est quez  
dat pfectos. et iste est arbitrii quo ad qlitatem  
q̄ pot esse vel ieuniuz vel oīo vel aliqd hmoī.  
Facite ḡ dignos fructus pnie. Et vade et apli  
noli peccare. qd fuit thema.

**C**onica q̄ta in. xl. Letare. Sermo.

**O**lligite que su  
pauerant fragmenta. Job. vi. Et of  
ficia in euāgeliō hodierno. Unde h  
sanctū euāgeliū hodiernū de quo p̄dicaturus  
sum facit mentem cuiusdam solennis quiū qd in  
desto fecit papa ih̄s x̄ps. Et dicit magnum respe  
ctu facientis. s. x̄pi. Scđo respectu inuitatorum.  
q̄ apostoli et multi alij. Tertio etiā respectu ei  
de quo comedetur. Quarto respectu m̄stitudis  
Nos tū non sumus digni esse in illo conuiuio ut  
comederemus de illis magnis panibus et integris  
q̄ licet diu sit q̄ illud quiū est celebratum. tam  
adhuc remanet fragmenta in historia euāgeliō.  
Dicit ergo x̄ps. Colligitur et c. Ita dicunt magni  
dñi p̄itoribus post prandium. Et h̄ dicit thema.  
Colligitur q̄ et c. Nam post q̄ nō fuistis in prādio  
illo p̄grite p̄ mēsam. et ista mensa ē historia euā  
geliō siue euāgelical. Colligamus ḡ et incipiamus  
ab uno capite mense ad aliud et reperiemus sex  
fragmenta.

**Q**uartū est obſuantia penitential.  
**S**cđom est prudentia intellectual.  
**T**ertium est ordinatio regularis.  
**Q**uartū est p̄fidentia diuinal.  
**Q**uintū est misericordia liberal.  
**S**extum est benivolētia x̄tualis.

Piamo ḡ tangit obſuantia pñialis. s. facere pe  
nitentiam p̄ p̄ctis in capite mēse. i. historie euā  
geliō ibi cum dñ. Abiit ih̄s trāsmare galilee qd ē  
tyberiadis. et sequebat eum multitudine magna.  
q̄ videbant siḡ sup his q̄ infirmabant. Abiit ḡ  
ih̄s in montem et sedebat ibi cum discipulis suis.  
Erat autem p̄mū pasca dies festus iudeorū. Eli  
deamus si reperiemus aliquod frustaz panis bonū  
Nam dicit q̄ tpe quo ih̄s p̄dicabat in terra pro  
missionis de ciuitate in ciuitatē. de villa i. villaz  
et castra et loca et etiam interdū p̄ mare. et plu  
rima turba sequebatur. et h̄ pluribus ratib⁹  
Et p̄ma rō est ppter charitatē spūalem. et h̄ est  
melior. Scđa ppter deuotōz ih̄u x̄pi et eius ver  
borū. et nō est mirū. Nam illa x̄ba exhibat de ore

# I

des incarnati cum maḡ sapore in corda hominū  
Alij sequebant eū ppter necessitatē corporales  
vt infirmi. q̄ curabat eos x̄bo et tactu sicut libi  
placebat. Et ista ratō tenet textus ibi. Seq̄bāt  
eum et c. Alij sequebant eum ppter curiositatē  
mundanā solū ut viderent miracula q̄ faciebat.  
Alij ppter malignitatē diabolicaz ut pharisei.  
ut si aliqd x̄bum posset in eo reprehendi. Et iō se  
q̄bāt eum multitudo maḡ. Et dicit tpe. q̄ erant  
q̄nq̄ milia. verū dicit sanctus Abbat. masculi. et  
sic nō cōphendebant m̄leres neq̄ m̄lores et pu  
eri. et ideo poterāt esse. x. vel. xx. milia. Et d̄ his  
façmētōz sanctū euāgeliū q̄ erāt. xx. anno p̄ et v̄l  
tra q̄ illi solū nūerabāt. et sic nūerabāt in ve. te.  
Em qd h̄t Hu. j. ii. et. iii. Et ih̄s x̄ps sedet in mō  
te. Sed videam si repiemus aliquod frustū p̄no  
bis. et certe sic. Nam si discooperiamus maḡpas  
mense repiemus obſuantia pñialem seu pñiam  
qm̄ dicit euāgeliū q̄ ih̄s x̄pus trās̄uit mare. et  
post q̄euit in mōte. Nam mare significat pñiam  
q̄ d̄r̄ mare ab amaritudine. q̄si amarū. et hoc est  
pñia cuius opa sunt oia amara. Et p̄mū in pñia  
est p̄tritio. et illa est amara. ptz q̄ nihil aliud est  
q̄ dolor de peccatis p̄teritis. Scđom in pñia est  
ppositū amplius nō peccandi. et h̄ est amarum  
q̄ est h̄ tuā malā p̄suetudinē. Tertiū est p̄fessio  
q̄ est amara. nam amarū est tibi q̄ p̄fessor qui te  
habebat p̄ bono videat et coḡscat tuā verecun  
diā et infamia. Quartū est afflictio s̄c̄ est ieiu  
nare. ciliciū portare. x̄berare se cū disciplinis et  
similia. et nō dormire in lecto. nam ista oia sunt  
amara. Idem in orōe. nam sicut ille q̄ est in tor  
mentis h̄ manus eleuatas. lapis attrahit cor  
pus x̄sus terram. ita in oratōe. nam corp̄ est la  
pis. ut h̄t Cap. ix. Corp̄ em qd corrūpit agḡ  
uat aiam et dep̄mit terrena inhabitatio sensum  
m̄ltā cogitantē et c. Item dare elynam durum et  
amarū est dando paupib⁹ et restitutōz facere de  
mal ablatis. parcere inimicis. remittēdo iniuri  
as amarū est. H̄z cōicare qd vltimū est dulce ē.  
sed ppter memorā passionis x̄pi video amarū.  
Jō dixit de. Cū esset agn̄ comedend q̄ come  
derent eū cum lactucis agrestibus. Ero. xii. Cō  
cordat sanctus paulus dī. Quotienscūq̄ mādu  
cabitis panē hunc et calicem bibetis mortez dñi  
annūciabitis et c. j. ad Chor. xj. Mare ḡ signi  
ficat pñiam. Et dicit Ilsa. in catico Dñe si sicut  
uitur et in talibus vita spūs mei corripies me et  
viuificab me. ecce in pace mea amaritudo mea  
amarissima et c. Ilsa. xxxvii Amara est q̄ ad cor  
sc̄ quo ad p̄tritōz. amarior quo ad os. s. p̄ p̄fes  
sionem. amarissima q̄ ad coro. s. q̄ ad satisfactio  
nem fiendam. Ecce ḡ mare. Sed illi q̄ transeunt  
mare cū x̄po obtinent ascendē ad montem. i. ad  
celū. et oīt non possum ascendere nisi p̄ pñiam  
videatis ḡ fructum pnie. Et iō dō in ps. Domi  
est tra. Quis ascēdet in monte dñi. aut quis sta  
t̄ 2